

II. DOKUMENTY STOLICY APOSTOLSKIEJ

1. Dekret wprowadzający obchód św. Pio z Pietrelciny do kalendarza ogólnego i teksty liturgiczne na to wspomnienie

CONGREGATIO DE CULTU DIVINO ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 887/02/L

DECRETUM

De celebratione Sancti Pii de Pietrelcina, presbyteri,
in Calendario Romano Generali inscribenda

Ex uberi terra Asisii amor Evangelii et sequela Christi in sollicitudine erga fratres humilitate et simplicitate Sancti Francisci praeclare elata ubique pergit se propagare et in mundo assidue refulgere in iis qui Christo pauperi, casto et oboedienti configurati sunt. Inter quos merito computatur Sanctus Pius, Pietrelcinae natus anno 1887 in Archidioecesi Beneventanae in Italia, cui vere a fuit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.

Ipse enim ordinem Fratrum Minorum Capuccinorum ingressus, sacerdotio auctus est et, sacrum ministerium praesertim in conventu oppidi Sancti Ioannis Rotundi in Italia exercens, ibi die 23 mensis septembris 1968 peregrinationem terrenam complevit.

Dei et proximi amore incitatus, Sanctus Pius omnimodis curam pastorem exercebat, moderationem spiritualem agendo, paenitentes reconciliando, alia sacramenta ministrando, pauperibus providendo et infirmos sublevando.

Summa autem dilectio Dei eum duxit ad Domino nostro Iesu Christo se plene conformandum, quem crucifixum utpote mirus Dominicae Passionis sectator et imitator contemplatus est.

Cum cultus eius in permultas totius orbis regiones diffusus esset, occasione data eius canonizationis, cui magna interfuit devotissima copia christifidelium, Summus Pontifex IOANNES PAULUS II eandem celebrationem in Calendarium Romanum inseri decrevit, statuens ut in posterum memoria Sancti Pii de Pietrelcina, presbyteri, quotannis die 23 septembris peragatur, adhibitis textibus liturgicis huic Decreto adnexis.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 26 mensis iunii 2002.

+ Georgius A. Card. MEDINA ESTÉVEZ
Praefectus

Marius MARINI
Subsecretarius

ADDITIO AD MISSALE ROMANUM

Die 23 septembris

S. Pii de Pietrelcina, presbyteri

*De Communi Pastorum, vel Sanctorum: pro religiosis**Collecta*

Omnípotens sempitérne Deus,
 qui sanctum Pium, presbýterum,
 crucis Fílii tui singulári grátia participem esse donásti,
 et per eius ministérium misericórdiae tuae mirabília renovásti,
 concéde nobis, ut, eius intercessióne,
 passiónibus Christi iúgitér sociáti
 ad resurrectiónis glóriam felíciter perducámur.
 Per Dóminum nostrum.

ADDITIO
AD ORDINEM LECTIONUM MISSAE

Die 23 septembris

643 bis

S. Pii de Pietrelcina, presbyteri

LECTIO I	Gal 2,19-20; n. 740, 5.
PS. RESP	Ps 127,1-2.3.4-5; n. 739, 8.
ALLELUIA	Lc 21, 36; n. 741, 7.
EVANG.	Mt 16, 24-27; n. 742, 6.

ADDITIO AD LITURGIAM HORARUM

Die 23 septembris

S. PII DE PIETRELCINA, PRESBYTERI

In vico Pietrelcina apud Beneventum in Italia ortus est anno 1887 et, Ordinem Fratrum Minorum Capuccinorum ingressus ac sacerdotio auctus, praesertim in conventu opiduli Sancti Ioannis Rotundi in Apulia summa cum pastoralis deditio ministerium praebuit, fidelium spiritali moderatione paenitentium reconciliatione et providenti erga infirmos pauperesque cura, populo Dei inserviens in oratione et humilitate. Christo crucifixo plene configuratus, die 23 septembris 1968 peregrinationem terrenam complevit.

De Communi Pastorum, vel Sanctorum: pro religiosis, praeter sequentia:

Ad Officium lectionis

LECTIO ALTERA

Ex Litteris sancti Pii de Pietrelcina, presbyteri

(Editio 1994: II, 87-90, n. 8)

Lapides aedificii aeterni

Parare divinus Artifex lapides, quibus aedificium aeternum exstruat, quaerit assiduis tusionibus scalpri salutiferi et diligenti expoliatione, ut mitissima mater nostra, sancta Ecclesia Catholica, canit in hymno officii dedicationis ecclesiae. Et sic vere est.

Anima quaeque ad aeternam destinata gloriam se optime lapis ad aedificium aeternum erigendum constituta definire potest. Structori aedem erigendam quaerenti optime primum lapides ipsam exstructuras expolire oportet. Quod ille mallei scalprique tusionibus consequitur. Pariter vero Pater caelestis in animas electas se gerit, quae, inde ab aeterno, summa sapientia ac providentia Eius ad aedificium aeternum erigendum destinatae sunt.

Anima autem ad regnandum cum Christo in gloria aeterna constituta mallei scalprique tusionibus expolienda est, quibus utitur divinus Artifex, ut lapides, seu scilicet animas electas, paret. At quae mallei hae scalprique tusionis? Umbrae, soror mea, timores, temptationes, spiritus maiores ac spirituales timores aliquam aegritudinem olentes, et molestiae corporis.

Gratias, ergo, agite infinitae pietati aeterni Patris, qui sic animam vestram ad salutem deputatam gerit. Cur non gloriari benivolis his optimi ex omnibus patribus adiunctis? Aperite cor huic caelesti animarum medico et tradite vos omni fiducia pleni sanctissimis eius brachiis: qui vos tamquam electos gerit, ut comminus Iesum super clivum Calvarii sequamini. Laetitia ego et sollertissimo animi motu quomodo in vobis gratia se gesserit considero.

Haud dubitatis quin omnia, quae animae vestrae occurrerunt, Dominus ordinaverit. Ne timeatis ideo in malum seu iniuriam Dei incurrere! Sufficiat vobis scire in tota vestrae vitae ratione numquam offendisse Dominum, qui immo magis magisque celebratus est.

Si hic benevolentissimus Sponsus animae vestrae latet, id facit non quia, uti existimatis, de perfidia vestra vindicare velit, sed quia amplius periclitatur ille fidelitatem ac constantiam vestram et emendat vos praeterea a morbis quibusdam, qui tales oculis carnalibus non videntur, morbi scilicet culpaequae illae, quarum ne iustus quidem immunis est. Dicitur enim in sacris paginis: «Septies enim cadet iustus» (Prov 24,16).

Et credite mihi, quia, si tam afflictos vos nescirem, minus laetarer, cum Dominum intelligerem minus vobis donare gemmas ... Eicite, sicut temptationes, dubia adversa ... Eicite et dubia, quae ad vestrae pertinent vitae rationem, scilicet quod divinas vocationes non auditis et dulcia obsistitis invitamenta Sponsi. Quae omnia non ex bono spirito, sed a malo procedunt. De diabolicis agitur artibus, quae, ut a perfectione abeat vel saltem iter ad eam retardatis, attendunt. Ne demittatis animum!

Quandoque pandat se Iesus, gratias ipsi agite; si se abscondit, attamen gratias agite: omnia deliciae sunt amoris. Cupio vos cum Iesu super crucem spiritum tradere et cum Iesu exclamare: «Consummatum est!» (Io 19,30).

*Responsorium**Eph 2,21-22*

R. In Christo Iesu omnis aedificatio compacta crescit * in templum sanctum in Dómino.
V. In quo et vos coaedificámini in habitáculum Dei in Spírítu. * In templum.

(z „Notitiae” 38 (2002) 549-554)

2. Dekret zatwierdzający kolektę o bł. Zygmuncie Szczęsnym Felińskim

CONGREGATIO DE CULTU DIVINO ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. 1382/02/L

POLONIAE

Instante Eminentissimo Domino Iosepho Card. Glemp, Archiepiscopo Varsaviensi, Praeside Conferentiae Episcoporum Poloniae, litteris die 29 iunii 2002 datis, vigore facultatum huic Congregationi a Summo Pontifice IOANNE PAULO II tributarum, textum latinum et polonum Orationis Collectae in honorem beati Sigismundi Felicis, episcopi, prout in adiecto exstat exemplari, perlibenter probamus seu confirmamus.

In textu imprimendo mentio fiat de approbatione seu confirmatione ab Apostolica Sede concessa. Eiusdem insuper textus impressi duo exemplaria ad hanc Congregationem transmittantur.

Insuper conceditur ut, occasione oblata Beatificationis Venerabilis Sigismundi Felicis, episcopi, liturgicae celebrationes in honorem novi Beati intra annum a Beatificatione peragi valeant, iuxta „Normas de celebrationibus in honorem alicuius Beati congruo tempore post Beatificationem” exsequendae.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 5 augusti 2002.

+ Franciscus Pius Tamburrino
Archiepiscopus a Secretis

Marius Marini
Subsecretarius

KONGREGACJA DS. KULTU BOŻEGO I DYSCYPLINY SAKRAMENTÓW

Prot. 1382/02/L

POLSKA

Na prośbę Jego Eminencji Józefa Kard. Glempa, Arcybiskupa Warszawskiego, Przewodniczącego Konferencji Episkopatu Polski, wyrażoną w liście z dnia 29 czerwca 2002, mocą uprawnień udzielonych tej Kongregacji przez papieża JANA PAWŁA II

chętnie aprobujemy, czyli zatwierdzamy tekst łaciński i polski kolekty ku czci bł. Zygmunta Szczęsnego, biskupa, jaki znajduje się w załączonym egzemplarzu.

W tekście drukowanym winna być wzmianka o aprobacie, czyli zatwierdzeniu udzielonym przez Stolicę Apostolską. Dwa egzemplarze tego tekstu należy przesać do tej Kongregacji.

Nadto wyraża się zgodę na to, aby z okazji dokonanej beatyfikacji Zygmunta Szczęsnego, biskupa, mogły się odbywać celebracje liturgiczne ku czci nowego Błogosławionego w ciągu roku od beatyfikacji, zgodnie z „Normami o celebracjach ku czci jakiegoś Błogosławionego w odpowiednim czasie po beatyfikacji”.

Bez względu na wszelkie przeciwnie zarządzenia.

W siedzibie Kongregacji ds. Kultu Bożego i Dyscypliny Sakramentów, dnia 5 sierpnia 2002 r.

+ Franciscus Pius Tamburrino
Arcybiskup Sekretarz

Marius Marini
Podsekretarz

BEATI SIGISMUNDI FELICIS FELIŃSKI, EPISCOPI

COLLECTA:

Omnipotens, misericors Deus,
qui in tua providentia beatum Sigismundum Felicem, episcopum,
via patientiae, veritatis et caritatis duxisti,
fac ut illo intercedente,
Christo in Ecclesia fideliter servientes,
vitam consequamur aeternam.
Per Dominum.

COLLECTA (TEXTUS POLONUS):

Wszchemogący, miłosierny Boże,
Ty w swojej świętej Opatrzności
prowadziłeś błogosławionego Zygmunta Szczęsnego, biskupa,
drogą cierpienia, prawdy i miłości, +
spraw za jego wstawiennictwem, *
abyśmy wiernie służąc Chrystusowi w Kościele,
mogli osiągnąć życie wieczne.
Przez naszego Pana.

3. Dekret wprowadzający zmiany obchodu św. Apolinarego i św. Sarbeliusza Makhluf w kalendarzu diecezji polskich

CONGREGATIO DE CULTU DIVINO ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot.1173/02/L

POLONIAE

Instante Eminentissimo Domino Iosepho Card. Glemp, Archiepiscopo Varsaviensi, Praeside Conferentiae Episcoporum Poloniae, litteris die 21 maii 2002 datis, vigore facultatum huic Congregationi a Summo Pontifice IOANNE PAULO II tributarum, perlibenter concedimus, ut in Calendario totius Poloniae celebrationes sancti Apollinaris, episcopi et martyris, a die 20 ad diem 21 mensis iulii, necnon sancti Sarbelli Makhluf, presbyteri, a die 24 ad diem 28 eiusdem mensis ambo gradu memoriae ad libitum peragenda transferantur.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 18 septembris 2002.

+ Georgius A. Card. Medina Estévez
Praefectus

+ Franciscus Pius Tamburrino
Archiepiscopus a Secretis

KONGREGACJA DS. KULTU BOŻEGO I DYSCYPLINY SAKRAMENTÓW

Prot.1173/02/L

POLSKA

Na prośbę Jego Eminencji Józefa Kard. Glempa, Arcybiskupa Warszawskiego, Przewodniczącego Konferencji Episkopatu Polski, wyrażoną w liście z dnia 21 maja 2002, mocą uprawnień udzielonych tej Kongregacji przez papieża JANA PAWŁA II chętnie zezwalamy, aby w kalendarzu całej Polski zostały przeniesione obchody św. Apolinarego, biskupa i męczennika, z dnia 20 na dzień 21 lipca, a św. Sarbeliusza Makhluf, prezbitera, z dnia 24 na dzień 28 tego miesiąca, obydwu w randze wspomnienia dowolnego.

Bez względu na wszelkie przeciwne zarządzenia.

W siedzibie Kongregacji ds. Kultu Bożego i Dyscypliny Sakramentów, dnia 18 września 2002 r.

+ Georgius A. Card. Medina Estévez
Prefekt

+ Franciscus Pius Tamburrino
Arcybiskup Sekretarz

4. Dekret ogłaszający bł. Stefana Wincentego Frelichowskiego patronem harcerzy polskich

CONGREGATIO DE CULTU DIVINO ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. 763/02/L

POLONIAE

Beatum Stephanum Vincentium Frelichowski, presbyterum et martyrem, qui tempore pacis in iuvenum exploratorum religiosam institutionem strenue laboravit et tempestate belli numquam a fide vel a pastorali munere flexit exploratores Poloniae peculiari cultu prosequuntur.

Inde Eminentissimus Dominus Iosephus Card. Glemp, Archiepiscopus Varsaviensis, Praeses Conferentiae Episcoporum Poloniae, communia vota excipiens, electionem Beati Stephani Vincentii Frelichowski, presbyteri et martyris, in Patronum apud Deum exploratorum Poloniae rite approbavit. Idem vero, litteris die 22 martii 2000 datis, enixe rogat ut electio et approbatio huiusmodi, iuxta Normas de Patronis constituendis et ad normam Instructionis „de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis”, n. 30, confirmantur.

Congregatio porro de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, vigore facultatum sibi a Summo Pontifice IOANNE PAULO II tributarum, attentis expositis, cum electionem et approbationem ad iuris praescriptum peractas esse constet, precibus annuit atque

BEATUM STEPHANUM VINCENTIUM FRELICHOWSKI, PRESBYTERUM ET MARTYREM, PATRONUM APUD DEUM EXPLORATORUM POLONIAE

confirmat, omnibus cum iuribus et liturgicis privilegiis iuxta rubricas consequentibus.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 20 septembris 2002.

+ Georgius A. Card. Medina Estévez
Praefectus

Marius Marini
Subsecretarius

**KONGREGACJA DS. KULTU BOŻEGO
I DYSCYPLINY SAKRAMENTÓW**

Prot. 763/02/L

POLSKA

Harczerze polscy otaczają szczególną czcią bł. Stefana Wincentego Frelichowskiego, prezbitera i męczennika, który w czasie pokoju gorliwie pracował nad formacją religijną młodych harcerzy, a w czasie zawieruchy wojennej nigdy nie zmienił wiary lub obowiązków duszpasterskich.

Dlatego Najdostojniejszy Ksiądz Józef Kard. Glemp, Arcybiskup Warszawski, Przewodniczący Konferencji Episkopatu Polski, przyjmując powszechne pragnienia, zaaprobował wybór bł. Stefana Wincentego Frelichowskiego, prezbitera i męczennika, na Patrona polskich harcerzy przed Bogiem. Tenże również, listem z dnia 22 marca 2002 r., usilnie prosi, aby ten wybór i aprobata zostały zatwierdzone, zgodnie z normami o ustanawianiu patronów i z instrukcją „o kalendarzach partykularnych oraz własnych części oficjum i Mszy św.”, n. 30.

Kongregacja zaś ds. Kultu Bożego i Dyscypliny Sakramentów, mocą udzielonych jej uprawnień przez papieża JANA PAWŁA II, rozważywszy przedstawione sprawy, aby wybór i aprobatę odbyły się zgodnie z przepisami prawa, zgadza się na prośby i zatwierdza

**BŁOGOSŁAWIONEGO STEFANA WINCENEGO FRELICHOWSKIEGO,
PREZBITERA I MĘCZENNIKA,
NA PATRONA POLSKICH HARCERZY
PRZED BOGIEM**

łącznie z wszystkimi prawami i przywilejami liturgicznymi wynikającymi z rubryk.

Bez względu na wszelkie przeciwnie zarządzenia.

W siedzibie Kongregacji ds. Kultu Bożego i Dyscypliny Sakramentów, dnia 20 września 2002 r.

+ Georgius A. Card. Medina Estévez
Prefekt

+ Franciscus Pius Tamburrino
Arcybiskup Sekretarz